UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

SS. Syluani Episcopi & aliorum martyrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

DE S. SYLVANO GAZAE EPISCOPO & alijs quibuſdam præclaris Martyribus. Ex Eccleſiaſtica hiſtoria Euſebij Cæſareenſis lib. 8. cap. 22.

CVm ſeptimus intentatæ contrà nos perſecutionis iam propè confectus eſſet, annus & res noſtræ ſenſim & quaſi tacito greſſu ad quandam tranquillitatem ſecuritatemq́ue prolaberētur & ad octauum annum deflecterent, in quo non exigua confeſſorum multitudo apud metalla in Palæſtina cogebatur, qui magna iam in ritibus religionis perfungendis libertate vtebantur, adeò vt domos in eccleſias ædificarēt: Præfectus prouinciæ vir ſæuus & improbus, qualē ſcelera eius, in martyres Chriſti admiſſa ipſum planè commonſtrabant, eò ſtatim profectus, ſimulatque facta & vitæ inſtitutionem eorum, qui ibi degebant, audiuerat, Imperatorem facit per literas certiorem: & in iiſdem ea, quæ ad eorum famam violandam maximè valere putabat, literis perſcribit. Vndè qui metallorum venis præfectus acceſſit, & tanquàm ex Imperatoris mandato confeſſorum ſegregauit multitudinem, ſicq́ue diſtribuit, vt deinceps alij Cyprum, alij Libanum incolerent: alios etiam in alia Palæſtinæ loca diſperſos, omnes varijs laborum moleſtijs vexari conſtituitque præcepit. Deindè quatuor ex eorum numero eximens, qui principem locum inter eos tenere videbātur, ad magiſtrum equitum mittit: quorum duo Petrus & Nilus appellabantur AEgyptiorum epiſcopi: tertius presbyter fuit. His etiam quartus acceſſit Patermythius vir propter ſingulare erga omnem pietatis ſtudium facilè clariſſimus. Ex quibus magiſter equitum religionis & fidei in Chriſtum abnegationem poſtulat: atque haud compos voti factus, eos ignis incendijs cremandos tradit.

4. Maij. quod ad Syluanum & alios quoſdā attinet.

Horum martyrium incidit in 19 ſeptēbris diē.

Alij rurſus ex Confeſſoribus, qui aut propter in-
graueſcentem ætatem, aut membra inutilia, aut a-
lias corporis infirmitates erant illo operum mini-
ſterio ſoluti, ibi in locum ſeparatum ad incolen-
S.Syluanus egregiˀ martyr. dum amandati. Quorum primas tulit Syluanus E-
piſcopus Gazę, qui pium virtutis ſpecimen & egre-
gium exemplar Chriſtianiſmi omnibus oſtendit.
Iſte à primo die perſecutionis (propè dixerim) ad
extremum vſque, per totum temporis ſpatium, va-
rijs certaminibus pro crebra fidei confeſſione de-
curſis nobilitatus, ad illum temporis articulum
ſeruabatur: vt omnia certamina martyrum in Pa-
læſtina interfectorum, poſtremus quaſi ſigillo
oris obſignaret. Cum eo coniuncti erant ex Ægy-
pto complures: inter quos erat Iohannes, qui
Iohannis martyr excæcati mira memoria. moriæ bonitate facilè omnes noſtri temporis
rauit: & quanquàm anteà luminibus orbatus
tamen tortores adeò ſæui, truculenti, crudeles
immanes fuerunt, vt propter egregiam in Chriſti
nomine confitendo conſtantiam, qua magnopere
excellebat, tum ignitis cauterijs eius pedem
ratione cum alijs prorsùs labefactarent, tum
lam oculi, quę viſum amiſerat, candente ferro
rerent. Eum autem ob morum probitatem & p
viuendi rationem, præſertim cùm cæcus eſſet
eſt quod quiſquam tantoperè admiretur: qu
quidem illud nō tantùm habet admirationis
tum memoriæ vis, qua quidem integros ſacra
Scripturarum libros, non in talibus lapideis,
2. Cor. 3. Diuus Apoſtolus, neque in animalium pel
membranis, aut chartis, quæ vel tineæ conſum
vel temporis conſumit diuturnitas: ſed in tab
reuerà cordis carneis, id eſt, in animo ſolerti
ſyncera mentis intelligentia tanquàm ſcripto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN